Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quod uelit · ⁊ ut contra sua magis · quam ut
secundum suam existeret uoluntatem · Iam superius
responsum est · sed addendum uideo · quod spe
salui facti sumus · spes autem quae uidetur non est spes ·
Quod enim uidet quis · quid sperat · Si autem quod
non uidemus speramus · per pacientiam expectamus ·
Tunc ergo plena iusticia quando plena sanitas ·
plena caritas · plenitudo enim legis est ca
ritas · Tunc autem plena caritas · quando uid
bimus eum sicuti est · Neque enim non erit quod addatur
ad dilectionem · cum fides peruenit ad uisionem ·
Item querendum est inquit · Per quod efficitur homo
cum peccato · per naturae necessitatem · an per arbitrii
libertatem · Si per naturae necessitatem · culpa
caret · Si per arbitrii libertatem · querendum est a quo
ipsam arbitrii libertatem accipit · procul dubio
adeo · Deus autem quod dedit certe est · nega
bonum ri non potest · Qua ergo ratione bonum probatur · si ma
gis ad malum quam ad bonum proprium est · si homo
per illud potest esse cum peccato · et non potest esse sine
peccato · Respondetur per arbitrii libertatem
factum · ut esset homo cum peccato · sed iam pena
lis uiciositas subsecuta · ex libertate fecit
necessitatem · Unde ad eum fides clamat ·